



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Humanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Art. 5. Vtrum peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

Arguta S. Augustini responsio ad hæreticos volentes baptizari peccatores etiam impenitentes.

erat; Quia populus Israël prius mare Rubrum transiit & postea legem accepit, quæ præcepta morum cõtinet. Contra quos scripsit D. Augustinus lib. de Fide & operibus: vbi huic argumento respondet, quod populus Israël prius ab Ægyptijs recesserit, quam in mari Rubro sit baptizatus; quo significaretur, prius recedendum à peccato, quam baptismum suscipiendum.

ARTICVLVS V.

Virum peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria?

Baptismus est perfecta comunicatio mortis Christi.

Respondetur, Nullam penitentiã baptizatis imponendam, quantumuis multa peccata fecerint; cum per baptismum non solum omnis culpa, sed etiam omnis reatus & poena remittatur. Ratio est, Quia per baptismum datur nobis perfecta passionis & mortis Christi comunicatio, perinde ac si ipsi pro peccatis nostris mortem sustinuissemus (vnde per baptismum dicimur commori Christo & sepeliri.) Sicut per conceptionem naturalem ex Adamo comunicatur nobis transgressio Adami, perinde ac si nostra voluntate facta esset, licet non in æquali gradu. Quare oportebat, non solum omnem culpam, sed etiam omnem poenæ reatum per hanc mortis Christi communicationem deleri. Patet cõsequentiã: Quia alioqui non fuisset perfecta hæc comunicatio, nam non fuisset perfecte mortui morte peccati. Idem quoque cõsentaneum erat Christi benignitati; vt videlicet, qui ipsi primò infereretur, iugum eius suauè perciperent dum etiã ab omnibus poenis liberantur.

ARTICVLVS VI.

Virum peccatores ad baptismum accedentes teneantur peccata sua confiteri?

Quomodo quidam Patres velint baptizandos debere confiteri.

Respondetur, Non teneri confiteri externa confessione apud Sacerdotem; sed sufficere internam confessionem, qua generatim recogitatis suis peccatis, dolorem concipiant. Ratio est, Quia Baptismus est ianua Sacramentorum. Vnde nec Confessio, nec aliud Sacramentum vim habet in non baptizato. Dices, Tertullianus lib. de Baptismo sub finè, requirit cõfessionem peccatorum ante baptismum. Similiter Nazianzenus Oratione in S. Baptisma. Respondeo, Nõ loquuntur de Cõfessione sacramentali, quæ fit vt penitens à peccato absoluat; sed de manifestatione peccatorum, vt commoda illis remedia adhibeantur: hæc tamen consuetudo nõ erat vniuersalis, neque necessaria.

ARTICVLVS VII.

Virum ex parte baptizati requiratur intentio suscipiendi baptismi?

Glossa.

Glossa in Can. Soter. de Consecrat. dist. 4. insinuat nihil interesse, quam intentionem habeat suscipiens, modò minister intendat cõferre Sacramentum. Et in Cap. Maiores. de Baptismo & eius effectu, putat baptismum perfici, etiamsi animo dissentiat, modò exterius fateatur se consentire. Verum hæc sententiã ab omnibus vt erronea rejicitur: certissimè enim est, non perfici Sacramentum

in eo, qui habet positium dissentium. Et patet ex illo Capitulo Maiores, vbi Innocentius III. id probat, quia alioqui homo inuitus cogeretur ad religionem Christianam. Quare Glossa illa vel intelligenda sunt de foro externo; nempe quod in foro externo censerentur baptizati, & cogentur seruare religionem Christianam, si exterius consensissent; vel sunt omnino rejicienda.

In positum dissentite baptismus perfici valet non potest.

Vnde his ommissis: Sententiã Caietani est, Nõ requiri positiuam voluntatem; sed sufficere, vt non habeat voluntatem baptismum renitenti: vt si merè negatiuè se habeat, neque positiuè velit, nequolit. Probatur Primò, Quia in infantibus non requiritur positiuã voluntas. Secundò, Quia Innocentius III. Cap. Maiores. sic ait, Tunc Characterem sacramentalem imprimat operatio, cum obicit voluntatis contrariã non inuenit obstitentem: atqui is, qui nullum profus habet actum, non habet voluntatem obstitentem: ergo. Tertio, Baptizari est quedam passio; id autè quod patitur non necessariò exercet aliquem actum vt patitur: ergo. Verum contrariã sententiã est communis, & tenenda: pro qua,

Neque in habente se merè negatiuè, vt tamen vult Caietanus.

Dico Primò, In suscipiente necessarius est aliquis positiuus consensus seu intentio, siue ea sit actualis, siue virtualis, siue habitualis. Vbi nota, In ministro requiri intentionem actualem, vel virtuales; vt supra dictum est: habitualis autem in ipso non sufficit, quia non influit in opus. Sufficit tamen habitualis intentio in suscipiente: vt si quis aliquando actu voluerit baptizari, & nunquã propositum suum reuocauit, si postea dormiens vel amens baptizetur, erit verus baptismus.

11 Sed requiritur consensus positiuus.

Sufficit Habitudo

Probatur Primò, Ex Cap. Maiores, vbi definit Innocentius III. dormientes & amentes baptismum posse suscipere, si antea propositum suscipiendi habuerint. Vbi aduerte, Innocentium de his solum dicere id, quod Caietanus pro se citat, nempe Baptismum imprimere Characterem quando non inuenit voluntatem resistentem: loquitur enim de illis, qui antea propositum suscipiendi habuerant.

Innoc. III.

Probatur Secundò, Ex Conc. Carthaginensi III. c. 34. vbi dicitur, Agros esse baptizandos, si tamen sua voluntatis præcedentis habuerint testimonium. Idè docet D. August. lib. 4. de Baptismo c. 22.

Concil. Carthagin.

Probatur Tertio, Ratione. Prima est, Quia siue nemo adultus potest iustificari, nisi positiuè consentiat; ita par est, vt nemo possit Sacramentorum esse particeps, per quæ Christi merita ad iustificationem applicantur, nisi volens. Et confirmatur; Quia si donationes humanæ & rerum humanarum sunt irritæ, nisi acceptentur; multò magis donatio & applicatio diuinorum Sacramentorum & Christi meritorum irrita erit, nisi acceptetur. Quæ ratio probat de omni Sacramento: vt si quis Eucharistiã percipiat, nesciens esse Eucharistiã, nihil fructus percipiet, nec erit sacramentalis perceptio. Secunda est, Quia alioqui sequeretur cogendum esse ad fidem & religionem Christianam eum, qui nunquam ad eam præstitit consensum: quod est cõtra Ecclesiæ praxim, & communè Doctorum sententiã. Id enim est contra dignitatem Fidei & Religionis, quæ suo splendore suisque præmijs voluntates hominum debet allicere. Id autem ad quod quis compellitur, vile & abiectum censetur, & magis exosum redditur.

Duplex Ratio.

Ex his patet responsio ad primum argumentum Caietani: In infantibus enim non requiritur consensus, quia nondum sunt capaces: secus est de adultis; in

Respondetur argumentis Caietani.